Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

sacratissima dedicationis dies iii. id. mai. rome agitur. Eodem die est festiuitas marie matris. festiuitas autem omnium sanctorum kl. nouembris toto orbe terrarum religiose celebratur. Ipso die s. seruatii epi tungrensis ecclesie. Qui tempore quo huni germaniam uastabant. ne ciuitatis atque ecclesie sue uideret excidium diuina reuelatione commonitus transiit aduicum transiectensium ibique defunctus atque in medio publici aggeris est sepultus. Ob cuius meritum hominibus demonstrandum. cum hiemis tempore omnia nix incircuitu repleret numquam sepulchrum eius operuit. donec industria ciuium instante etiam successore ipsius munolfo basilica super illum edificata est. Autisiodoro depositio s. marcelli m. epi. In alexandria afrodisii. Aggippe et multorum martirum. In pollentia passio s. Uictoris et saturnini. In burgundia s. gangolfi martiris gloriosi in miraculis. Treueris translatio s. Paulini epi

A ii. id. mai. In egypto sci patris nostri pa[chumii]. Rome s. theodori [pa]chumii. Qui cum esset factis apostolice gratie insignis fundator. que egypti cenobiorum scripsit monachorum regulas quas angelo dictante didicerat. simul et de tempore paschali. In syria natale s. uictoris et corone sub antonino imperatore. duce alexandrie sebastiano. Erat autem uictor acilicia. cui sebastianus in confessione fidei confringi digitos et euelli iussit acute. Deinde illum incaminum ignis mitti. ubi permanens triduo non est lesus. Deinde uenenum bibere iussus est nec mortuus sed ueneficium potius ad fidem conuertit. Deinde iussum est neruos corporis eius tolli. deinde oleum bulliens impudendis eius mitti. post hec lampades ardentes suspenso ad latera applicari post hec acetum et calcem simul misceri et dare ei in ore deinde oculos eius erui. deinde per triduum capite deorsum uerso suspendi et dum adhuc spiraret precepit eum iudex iniquitatis excoriari. Tunc corona cum esset uxor militis cuiusdam cepit beatificare sanctum uictorem pro gloria martyrii. et dum ho[c] faceret uidit duas coronas de celo lapsas. unam uictori [...] et alteram